שיר השירים

ΑΣΜΑ ΑΣΜΑΤΩΝ.

Vgl.

1. Martin Opitz: „Salomons Hohes Lied." (in dessen „Poëtischen Wäldern" 3 Theile, Breslau, ao. 1637. (geb 1597 † 1639.) oft. (Abgedr. in August Gebauer's „Deutschem Dichtersaal" (Bd. 2. S. 232 – 260.) Leipzig 1827. 12.)
2. Io. Theoph. Lessing: „Eclogae Regis Salomonis." Leipz. bei Dyk. 1777. 8. (Preis 10 Gr.)
3. Joh. Gottfr. Herder: „Lieder der Liebe", die ältesten u. schönsten aus dem Morgenlande. Leipz. b. Weygand 1778. 8. (15 gr.)
4. F. W. Hufnagel: „Salomo's Hoheslied geprüft, übersetzt u. erläutert." (Erlang. 1784. 8. (12 Gr.)
5. Joh. Kasp. Velthusen: „Das Hohelied", begleitet mit einem kritischen und vollständigen Commentar, und mit historisch kritischen Untersuchungen. (Braunschweig, Schulbuchhandlung 1786. 8.) 1 r. 12 ggr.
6. Kr. Glo. Anton: „Salomonis Carmen melicum, quod „Canticum Canticorum" dicitur; ad modum priscum et modos musicos revoc. recens., in vernac. transtulit, not. crit. aliisque illustr. et Glossar. add. (Wittenberg. Auf Kosten des Verfassers u. Lpzg. b. Göthe (1793) 1800. gr. 8. (12 ggr.)
7. J. L. Ewald: „Salomo", Versuch einer psychologisch biographischen Darstellung. Gera, b. Heinsius. 1800. 8. (1 r. 12 ggr.)
8. Ant. Theod. Hartmann: A. Über die Ideale weiblicher Schönheit bei den Morgenländern. Düsseldorf, bei Schreiner 179[illegible]8. 8.
   B. Die Asiatische Perlenschnur, die schönsten Blumen des Morgenlandes in einer Reihe auserlesener Erzählungen. Berlin, b. Unger 1800. (2 Theile. 8.) 3 r. C. Aufklärungen über Asien; für Bibelforscher, Freunde der Culturgeschichte u. Verehrer der morgenländischen Litteratur, Oldenburg, b. Schulze 1806–7. (2 Bde. 8.) 2 r.
   D. Die Hebraeërin am Putztische und als Braut, mit 9 Kupfern 3 Bde. 8. Amsterdam 1809–10. (8 r.) jetzt 1 r. 15 Sgr. im Antiquariat.
9. Jos. v. Hammer: Fundgruben des Orients. Wien bei Schaumburg u. Comp. (4 Bde. fol.) 1809–10 u. folg. Jahre. (1r Bd. 6 r. 18 ggr.)

b – 10. Franz Delitzsch: Das Hohelied untersucht u. erläutert. Leipz. b. Dörffling u. Francke, 1851. 8. (1 r. 15 Sgr.)

c – 11. Julius Sturm: Das Hohelied" Deutsch versificirt. Leipz. b. Brockhaus 1860. 8.

a – 12. J. Jahn's versificirte Verdeutschung des Hohenliedes veröffentlicht in C. Tippelskirchen's kirchl. Volksblatt für Stadt u. Land. November 1847. (No. 12. 13.) –

NOVA VERSIO
SENTENTIARUM CONCIONATORIS
ET
CANTICI CANTICORVM
SAPIENTISSIMI REGIS
SALOMONIS
TEXTVS HEBRAEI MASORETHICI
GENUINUM SENSUM
LIBERE PERSPICUE FIDELITERQUE
EXHIBENS
CUM
PARALLELORVM LOCORVM
SELECTA SYLLOGE.

EDIDIT
CHRISTOPHORUS AUGUSTUS BODE
PHIL. IN ACADEMIA JULIA CAROLINA P. P. O.

HELMSTADII
TYPIS ET IMPENSIS JOANNIS HENRICI KüHNLIN
LIBRARII ACADEMICI.
cIↄIↄCCLXXVII.

Praefatio.

Salomoneorum librorum novam Verſionem, cum parallelorum locorum ſelecta Sylloge evulganti, de utraque iſta bipartiti Operis parte ſeorſim mihi praefandum videtur; ut, quibusnam exegeticis, philologicis, criticiſque principiis innixus, huncce laborem adgreſſus fuerim, et quemnam ſcopum in eodem praefixum mihi habuerim, quibuſcunque meis Lectoribus innoteſcat ſufficientiſſime.

Quantum igitur, primo, ad Verſionem meam attinet; potiora, quae circa hanc *in cenſum veniunt*, momenta in compendio iam exhibet Operi praefixa generalis inſcriptio. Sunt tamen haecce et magis adhuc determinanda, et ſupplementis quibuſdam neceſſariis locupletanda. Sapientiſſimi quondam mortalium, Regis *Salomonis*, tres illos libros, qui

 ex

ex compluribus eiusdem Auctoris Polygraphi ſcriptis aetatem tulerunt, *Sententias*, *Concionatorem* et *Canticum Canticorum*, prae aliis libris biblicis elegi, quibus publicum quoddam Opus, continuae lectionis et ruminationis fructum, impenderem: ſingulari quodam, quo, ob argumenti multifarii gravitatem et ſuavitatem, erga ipſos feror, amore allectus; atque nec interpretationis difficultate, qua quidem ſinguli, maxime vero *Concionator*, laborant, nec antegreſſis veterum recentiorumque Interpretum ſtudiis deterritus. Fons, ex quo Verſionem derivavi, eſt Textus Hebraeus, et quidem ipſe ille Maſorethicus, quem prae ſe ferunt omnes noſtri impreſſi Codices; licet, hisce inter ſe conſentientibus, vel ſolum illum ante oculos habuerim, quem B. *Io. Simonis*, Philologus meritiſſimus, Halae A. MDCCLII. edidit. Huicque Textui, tam quoad literas, quam quoad puncta vocalium et accentuum, quae mihi quoque eſſe videntur divinae originis, rigide inhaeſi: ex variis quidem iſtis lectionibus Maſorethicis, quas כתיב et קרי dicunt, ſi ſenſum variant, modo hac modo illa expreſſa, prout ſive haec ſive illa videbatur aptiſſima, caeterum autem ubique ſervata ea lectione, quam receptam dicere moris eſt. Atque heic iam vereor, ne hodiernis Textus Hebraei Maſorethici impugnatoribus operam per-

perdidisse videar. Sed hi modo expendant velim ea, quae pro mea causa nunc proxime proferam. Equidem Textum Hebraeum Masorethicum minime pro ab omni parte perfecto, et nulla omnino labe infecto habeo. Habet is, per ipsos eius adversarios, suas virtutes, habeat etiam, per me, suos naevos; sive sint in eo loca paulisper vitiata, et a prisca veraque lectione quodammodo abalienata. Persuasum tamen mihi quoque habeo, eadem haec loca esse propemodum pauca; tantum abest ut ipsa in singulis S. Hebraei Codicis capitibus, quid? quod in singulis fere eius versibus obvia existimem. Scilicet, ne quid vel de provida Dei cura, qua is suo Verbo invigilasse censendus est, vel de stupenda ac fere superstitiosa diligentia, quam Masorethas, circa totum Hebraeum Textum, singulasque ipsius partes, libros, capita, versus, voces, literas, vocales et accentus, adhibuisse nemo negaverit, heic dicam; plurima certe loca, in quibus lectionem Masorethicam deserendam, et cum lectione, nescio qua? commutandam volunt Antimasorethici, praevio rigoroso examine ita comparata esse deprehendentur, ut lectio Masorethica salvo quocunque respectu retineri possit ac debeat. Pauca vero ista loca, quae, ob lectiones certe in mendo cubantes, omnino sunt corrigenda, corrigantur etiam; non

tamen ex meris coniecturis, quibus equidem in Critica ſacra nihil plane tribuo, nec ex meris, quantumvis antiquiſſimis, Verſionibus, quibus ſolitarie, ac ſine Hebraeorum Codicum comitatu incedentibus, nonnihil tantum tribuerim, neque etiam ex cuiuſcunque notae Hebraeis Codicibus; ſed ex probatae antiquitatis integritatiſque Codicibus manu ſcriptis, quorum et pauci heic iam ſuffecerint. Atque donec ex his ipſis Codicibus mendoſorum locorum priſcae veraeque lectiones indubitate fuerint reſtitutae, id quod *Kennicotiani* Operis beneficio aliquando praeſtandum ſperare licet, interim ego, in hac mea Salomoneorum librorum Verſione, lectiones illas Maſorethicas, vel mihimet quodammodo ſuſpectas, retinendas potius, quam deſerendas corrigendaſque duxi. Hactenus de Textu, quem verti: dehinc ad ipſam Verſionem progredior. Promiſi in Operis inſcriptione Verſionem *novam;* non quidem ex toto, ſed ex parte tantum. Quamvis enim multas, immo forte plurimas, interpretationes debeam a me conſultis aliis Interpretibus, ex quibus tres *Michaelides*, *Geierum*, *Rambachium*, *Schultenſium* et *Hirtium*, tanquam potiores, nominaſſe ſufficiat; non raro tamen quoque Lector reperiet interpretationes mihi proprias, ſaltem a me, quantum memini, aliunde non hauſtas. Exempla ſtatim ſuppeditabit paulo

dif-

difficilis Sententiarum prologus; ut cum c. 1, 2 verba חכמה ומוסר per Hendiadin interpretatus sum *institutio ad sapientiam*, collato imprimis loco parallelo v. 3 ubi, posteriore voce מוסר, quae mihi in toto hoc contextu *institutionem* valet, praeposita, מוסר השכל sine dubio est *institutio ad prudentiam.* Deinde ibidem spopondi Versionem, quae Textus Hebraei genuinum sensum libere, perspicue, fideliterque exhibeat. Ac, quoad hoc momentum, praelibanda heic mihi quaedam sunt de sensus sacri literalis cognoscendi adminiculis internis, et quasi domesticis. Horum equidem tria primaria constituo, ex Philologia partim, partim, quia sola Philologia nondum facit bonum sacrum Interpretem, ex Hermenevtica sacra desumenda, et, quantum fieri potest, coniunctim adhibenda: regulas grammaticas, contextum, et loca parallela. Sub regulis grammaticis comprehendo non solum stricte sic dictas, sed et eas, quae syntaxin et idiotismos linguae concernunt, quaeque ipsae, prout cumprimis a *Buxtorfio*, *Glassio* et *Danzio* traduntur, dici satis vix potest, quam sint sacro Interpreti utiles et necessariae; quoad utrasque regulas praesupponens philologicam quandam certitudinem, quae non nudis Grammaticorum praeceptis, sed ipso usu biblico, exemplis indubitate demonstrato, innitatur; licet caeteroquin optimorum

Gram-

Grammaticorum consensus non sit plane repudiandus. Contextus porro verborum antecedentium et consequentium, cuius magnum in cuiuslibet orationis interpretatione pondus nemo non intelligit, mihi quidem, cum instituenda Textus analysi, scopoque loquentis determinando, tam arcte cohaerere videtur, ut et illius sine hisce, et horum sine illo debita ratio haberi nequeat. Novissimis quidem nostris Interpretibus specialissima saltem ista librorum sacrorum analysis sordescere quodammodo coepit. Ego vero nihilominus, cum B. *Baumgartenio*, summo Theologo, non solum generalem et specialem, verum etiam specialissimam librorum sacrorum analysin, vel ad internam orationis partium relationem mutuam, et in hac fundatum auctoris scopum, vocumque significatum melius determinandum inservire arbitror. Denique loca parallela, tam verbalia quam realia, quorum illa inprimis vocum phrasiumque usum biblicum optime edocent, ad primaria sensus sacri cognoscendi adminicula interna iure referre posse mihi videor: modo cautelae, circa haec loca observandae, actu observentur; ac nominatim quidem, loca minus clara, et minus certae interpretationis, ex clarioribus certioribusque locis explicentur. Atque his tribus primariis adminiculis, tanquam secundarium

ad-

adminiculum, nunc ſubordino cognatarum linguarum orientalium uſum modicum, hoc eſt, illum earundem uſum, quo vocum phraſiumque Hebraearum ſignificationes, alicubi ſtatuendae, ex cognatis linguis orientalibus, ac ſpeciatim Arabica, petuntur quidem, ſed nonniſi poſt fruſtra omnino conſultum ipſum Hebraismum biblicum. Hicce nimirum Hebraismus biblicus, quantulaecunque molis is quoque ſit, tamen rite modo applicatis tribus iſtis primariis adminiculis, plurimis certe in locis ſolus iam ſuggeret ſignificationes, quae ſanum, ſimplicem, contextuique conformem ſenſum fundunt, ita ut vere non opus ſit ad cognatas linguas confugere; quarum propriae ſignificationes, etiamſi ſenſum bonum, contextuique non adverſantem fundant, tamen non praeferendae videntur obviis Hebraicis ſignificationibus. Caeterum, de ſingulari quodam cognatarum linguarum orientalium uſu heic tantum loquens, reliquum earundem uſum multifarium minime tollo, quin potius huncce, aeque ac illum antea dictum, de meliori commendo. Sed ex adminiculorum diverticulo, in Verſionis meae viam, ad alterum iſtud, a quo digreſſus fueram, momentum redeo. Generatim, non tam literalem quam ſenſualem Salomoneorum librorum Verſionem in hoc Opere exhibeo; cuius ipſius Lectores mei probe memores

 ſint

ſint velim. Literalis quidem Verſio, quae Textus literam ubique premit, omnia de verbo ad verbum reddit, ipſumque verborum textualium ordinem rigide ſequitur, per ſe non eſt plane inutilis, quinimo Verſioni ſenſuali eſt praemittenda, et velut fundamenti loco ponenda. Maioris autem utilitatis cauſa elegi Verſionem ſenſualem, quae Textus ſenſum magis quam verba reſpicit, ac licet tota non ſit veri nominis paraphraſis, in paraphraſin tamen et commentarium libere excurrit, quotiescunque orationis perſpicuitas id ſuaſerit. Hinc ſpeciatim linguae Hebraeae idiotismos ſyntacticos reſolvi, et ad linguae Latinae genium adcommodavi. Porro quemadmodum ea, quae Latinis ſaltem auribus in Textu Hebraeo redundant, omiſi, ita contra alia, quae in perſpicuitatis gratiam addenda erant, ex contextu locisque parallelis addidi: non veritus, ne quis me ob utrumque ſub cenſuram ſit vocaturus; etiamſi quoque addita peculiaribus typis imprimi haud curaverim. Tandem, quantum modo ſalva Hebraea accentuatione, ſalvoque vero ſenſu fieri licuit, verba latine transpoſui, quando ſcilicet ſive orationis perſpicuitas, ſive etiam linguae Latinae, quem vocant, Numerus illud ſuadebat. Atque ſic genuinum Textus Hebraei ſenſum libere perſpicue fideliterque in Verſione mea exhibuiſſe mihi videor.

Reſtat altera huius Operis pars, ſcilicet parallelorum locorum ſelecta Sylloge, praefando adhuc pertractanda. Novae Salomoneorum librorum Verſioni adiicere forſan debuiſſem adnotationes uberiores, quibus illam vel confirmarem, vel etiam magis adhuc illuſtrarem. Atenimvero has non permiſerunt Librarii mei rationes; quibus duplo imo triplo maioris molis Opus haud erat conſentaneum. Compendium itaque facturus, adnotationum uberiorum loco ſubſtitui ſelectam parallelorum locorum Sacrae Scripturae Syllogen, cum Verſione paraphraſtica conferendam; quo pacto utrumque hoc coniunctim Commentarioli vicem ſuſtinere poterit. Supra iam ſignificavi, quid equidem de locis parallelis ſentiam. Neque aliter de his locis ſenſerunt praeſtantiſſimi quique Interpretes, inter quos maxime *I. H.* et *C. B. Michaelides*, *M. Geierus* et *I. I. Rambachius*, in ſuis ad libros Salomoneos Commentariis, Parallelismo ſimul egregiam navarunt operam. Horum proinde collectiones, iam factas, in meum uſum ita quidem converti, ut loca parallela ſingula, ab iisdem illis Interpretibus allegata, in Textu originali improbo labore evolverem, ac, cum cautione et ſelectu hic opus eſſet, ex recte allegatis potiora ſeligerem, ſelectisque de meo nonnulla ſuperadderem. Praeterea in coordinandis locis pa-

ral-

rallelis, prout horum mihi dabatur copia, circa quemlibet Salomoneorum librorum verſum, momenti ratione habita, huncce ſervavi ordinem, ut primo loco eiusdem capitis et libri loca, ſecundo aliorum eiusdem Auctoris librorum loca, tertioque reliquorum ſacrorum librorum, quomodo hi in noſtris Codicibus ſemet excipiunt, loca attulerim. Haecque, de mea parallelorum locorum Sylloge praefando dicta, quoque ſufficiant.

Quod reliquum eſt, totum hoc Opus Eruditorum examini iudicioque nunc ſubmitto. Typographicorum quidem, qui irrepſerunt, errorum veniam facillime impetravero; cum ob morbum ocularium, quo per totum impreſſionis tempus laboravi, Correctoris partibus ipſemet defungi non potuerim. Attamen vero etiam aliorum, eorumque maioris momenti errorum, veniam me impetraturum eſſe confido. Arduam, ſcilicet, et laboris plenam rem adgreſſus; praeſtiti, quantum potui. Ipſeque ego mihi paſſim non ſatisfeci, et vel in applicandis meis principiis, cum quibus ipſis nonnullos ſaltem conſenſuros ſperaverim, heic illic a vero aberraſſe mihi viſus ſum. Quodſi autem, ex peritiſſimorum in arte ſententia, miſſis iſtis erroribus, ad percontandam Salomonis profundam ſapientiam, vel tantillum tamen hocce Opere contuli, adeoque non inutilem omnino navavi operam; haud erit quod me exantlati laboris unquam poeniteat. Dabam Helmſtadii, in Academia Iulia Carolina, die 30 Octobris A. R. S. MDCCLXXVI.

SEN-

SENTENTIAE SALOMONIS.

CAP. I.

CAP. I.
Sententiae a Salomone, Davidis filio, eodemque Iſraeli- V. 1
tarum rege, propoſitae. Vt inde percipiatur inſtitu- 2
tio ad ſapientiam; ut diſtincte percipiantur dicta de intelli-
gentia. Vt capiatur inſtitutio ad prudentiam; inſtitutio ad 3
iuſtitiam et aequitatem, immo ad rectitudinem omnimodam.
Vt ſimplices edoceantur calliditatem; ut rudes edoceantur 4
ſcientiam et ſolertiam. Quin ipſe ſapiens, auditis hiſce ſen- 5
tentiis

CAP. I.
CAP. I. v. I. v. 6. 10, 1. 25, 1. 26, 7. 9. CONC. 1, 1. 12. 12, 9. 1. V. 1
REG. 4, 1. 5, 12. II. v. 6. 7. 8. 3, 11. 4, 1. 5. 12, 1. 19, 27. 2
CONC 1, 16. 17. 2, 26. 7, 25. 8, 16. 12, 9. III. v. 2. 4. 7. 3
2, 1. 5. 9. 4, 2. 10. 21, 3. 16. IOB. 22, 21. IV. v. 7. 22. 32. 4
2, 11. 3, 20. 21. 4, 28. 5, 2. 7, 7. 8, 12. 9, 4. 14, 8. 15.
20, 19. 22, 3. GEN. 3, 1. PS. 19, 8. V. c. 3, 2. 35. 4, 2. 5. 7. 5
9, 9. 10, 13. 14. 11, 14, 12, 5. 15, 22. 16, 16. 21. 17, 16.
19, 4. 20, 18. 23, 23. 24, 6. 29, 3. CONC. 1, 16. 18. 9, 11.

VI,

Cap. I.

tentiis, suam adaugebit doctrinae cognitionem; ipseque intel-
ligentia iam praeditus consiliorum politicorum adauctam
v. 6 sibi comparabit notitiam. Vt idem ille distincte percipiat figu-
ratas sententias; vt distincte percipiat aliorum sapientum acu-
7 ta oracula. Reverentia erga Dominum est quidem primi ordi-
nis scientia; insipientes autem contemnunt institutionem ad sa-
8 pientiam. Ausculta, mi fili, institutioni, a patre tuo tibi da-
tæ; nolique missam facere instructionem, a tua matre tibi
9 datam. Ambo illa enim perinde tibi ornamento sunt futura,
ac si venustum quoddam sertum tuo capiti esset circumplica-
10 tum; et ac si torques tuo collo essent circumdatae. Quodsi,
11 mi fili, scelerones te allicere studuerint; non adnue. Si isti
tibi dixerint: agedum vade nobiscum; insidias eum in finem
nectamus, vt sanguinem effundamus, impuneque in ab-
12 scondito ponamus retia insontibus. Illos velut deglutiamus,
sicut sepulchrum deglutit homines; ipsosque totos velut de-
glutiamus, sicut deglutiuntur ii qui in foveam quandam de-
ciderunt

Cap. I.

v. 6 VI. v. 1. 2. 22, 17. Conc. 9, 16. 17. 12, 11. Gen. 42, 23.
7 1. Reg. 10, 1. Hab. 2, 6. Ps. 49, 5. 78, 2. VII. v. 2. 29.
2, 5. 3, 7. 4, 7. 6, 30. 9, 10. 15, 33. 23, 9. Conc. 9, 16.
8 Deut. 4, 6. Ps. 111, 10. Iob. 28, 28. VIII. v. 10. 15. 33.
2, 1. 3, 1. 21. 4, 10. 6, 20. 8, 33. 13, 1. 14. 17, 14. 23, 19.
9 31, 1. Conc. 12, 12. Ps. 34, 12. IX. c. 3, 3. 22. 4, 9. 5, 19.
6, 21. 7, 3. 17, 8. Cant. 4, 9. Gen. 41, 42. Ies. 49, 18.
10 Ier. 2, 32. Ez. 16, 11. Ps. 73. 6. X. v. 8. 25. 30. 6, 35.
11, 31. 16, 29. 23, 17. 24, 28. Deut. 13, 9. 1 Reg. 20, 8.
11 Ier. 20, 10. Ps. 1, 1. XI. v. 15. 16. 17. 18. 3, 30. 6, 17. 29,
7, 12. 18. 10, 14. 12, 6. 23, 28. 24, 1. 15. 28. 26, 2. 27, 16. Cant. 7,
12 12. 1 Sam. 30, 22. Ps. 10, 8. 9. 35, 7. 8. 56, 7. XII. Conc.
10. 12. Lev. 25, 30. Num. 16, 30. 33. Ios. 10, 13. 2 Sam.
20, 21. Hab. 1, 13. Ps. 28, 1. 35, 25. 52, 6. 55, 16. 124, 3.
XIII.

CAP. I.

ciderunt. Cuiuscunque generis opes pretiosas sic conseque- V. 13
mur; efficiemusque ut domicilia nostra sint prædae plena.
Tu, aeque ac nos, tuam sortem coniicito; fiscusque æqualis 14
esto nobis singulis. Noli, mi fili, istorum in viam cum ipsis 15
vadere; quin potius tuos pedes abstrahe ab eorundem tra-
mite. Isti enim currunt suis pedibus, ut facinus perpetrent; 16
properantque, ut sanguinem effundant. Quamvis frustra 17
omnino rete expandatur ante oculos cuiuscunque alitis. At- 18
tamen vero isti eo eventu nectunt insidias, ut ipsorumet
sanguis effundatur; eoque eventu in abscondito ponunt retia,
ut ipsimet capiantur. Sic quippe in fatis est quibuscunque 19
lucripetis: lucrum ipsosmet eos, qui illud captant, intercipit.
Summa sapientia extra domum vociferatur; inque plateis 20
suam vocem effert. Eadem in streperarum viarum compitis 21
clamitat; ante portarum civitatis ostia, & in ipsa civitate,
ea quae dicenda habet proloquitur. Quousque, inquiens, 22

CAP. I.

XIII. c. 2, 5. 3, 10. 14, 17. 6, 26. 31. 8. 18. 21. 10, 15. V. 13
12, 27. 16, 19. 18, 11. 19, 14. 24, 4. CONC. 2, 5. CANT.
8, 7. HOS. 12, 9. PS. 119, 14. 162. IOB. 22, 18. XIV. 14
c. 4, 21. 5, 14. 15. 7, 20. 8, 20. 16, 11. 33. 17, 2. 18, 18.
22, 13. 25, 8. 27, 22. NUM. 27, 4. IES. 46, 6. ION. 1, 7.
PS. 22, 19. XV. v. 8. 11. 19. 2, 20. 3, 17. 26. 31. 4, 15. 27. 15
7, 25. 22, 25. IER. 2, 25. PS. 1, 1. 119, 101. IOB. 24, 13.
XVI. v. 11. 4, 12. 6, 18. 7, 11. 19, 2. IES. 59, 7. XVII. 16 17
v. 11. 18, 9. 29, 5. CONC. 10, 20. EZ. 6, 10. XVIII. 18
v. 11. 19. 8, 36. 22, 25. PS. 35, 8. 59. 4. XIX. c. 2, 8. 19
6, 29. 11, 19. 30. 15, 27. 16, 22. 23, 5. 24, 11. CONC. 5, 12.
8, 8. HAB. 2, 9. PS. 17, 4. 31, 14. IOB. 8, 13. 19. XX. 20
c. 2, 3. 5, 16. 7, 12. 8, 1. 3. 4. 26. 9, 1. 22, 13. 24, 7.
AM. 5, 16. XXI. v. 24. 7, 11. 8, 1. 2. 4. 21. 9, 13. 31, 21
31. IES. 22, 2. 51, 20. EZ. 33, 30. XXII. v. 4. 26. 29. 32. 22
6, 9.

CAP. I.

o vos ſimplices! adamabitis ſimplicitatem? et quouſque ſan-
niones ſannam appetent? ac quousque ſtolidi odio habe-
v. 23 bunt ſcientiam? Convertite vos ad me, dum vosmet redar-
guo: en! ego ea quae in mente mea habeo vobis copioſe effa-
bor, et quae dicenda habeo, ad veſtram notitiam vobis pro-
24 feram. Quandoquidem ego quidem ad vos clamitavi,
vos autem me audire renuiſtis: quandoquidem ego
meam manum ad vos extendi, nemo veſtrum autem ad id
25 ipſum attendit. Immo quandoquidem vos ſusque deque
habuiſtis quicquid vobis dederim conſilii; ac quandoquidem
26 mihi vosmet redarguenti non adnuiſtis. Propterea ego quo-
que ridebo infortunii veſtri tempore; ſubſannaboque, ap-
27 petente malo quod vobis pavorem incutiet. Quando in-
quam malum, quod vobis pavorem incutiet, tempeſtatis in-
ſtar appetet, infortuniumque veſtrum turbinis inſtar adven-
tabit; quando vobis ſuperveniet omnimoda adverſitas.
28 Tunc illi quidem ad me clamitabunt, ego vero non reſpon-
debo; illi quidem me ſtudioſe quaerent, ſed me non repe-
rient.

CAP. I.

6, 9. 25. 9, 7. 8. 12. 10, 18. 13, 1. 14, 6. 9. 15, 12.
17, 16. 19, 25. 28. 29. 21, 24. 23, 35. 26, 4. 29, 8. IES.
v. 23 28, 14. PS. 1, 1. 4, 3. XXIII. v. 25. 30. 32. 7, 10. 9, 9.
11, 31. 12, 1. 15, 2. 31. 17, 27. 22, 21. 24, 12. 31. 29, 11.
24 PS. 19, 3. 78, 2. 119, 171. XXIV. v. 21, 28. c. 2, 2.
4, 1. 5, 1. 21, 7. 25. IES 13, 2. 65, 2. 12. 66, 4. IER. 5, 3.
25 ZACH. 7, 11. XXV. v. 10. 23. 30. 4, 15. 8, 33. 12, 15.
26 13, 18. 15, 32. 29, 18. PS. 107, 11. XXVI. v. 27, 33.
3, 25. 34. 6, 15. 10, 24. 21, 13. 25, 19. IES. 66, 4. PS. 2, 4.
27 XXVII. v. 26. 3, 25. 6, 15. 10, 25. 24, 22. IES. 8, 22.
28 30, 6. PS. 35, 8. IOB. 3, 25. 27, 9. XXVIII. v. 24. 7, 15.
8, 17. 11, 27. 13, 24. 21, 13. CANT. 5, 6. EZ. 8, 18. HOS. 5, 6. 15.
XXIX

CAP. I.
rient. Propterea quod ipsi scientiam odio habuerunt; reve- v. 29
rentiamque erga Dominum non praetulerunt. Pro- 30
pterea quod meo consilio non adnuerunt; et quantam-
cunque meam redargutionem spreverunt. Ideo etiam suae 31
agendi rationis fructus percipient; suorumque consiliorum
fructus ad exsaturationem usque percipient. Quoniam sim- 32
plicium aversio ipsis necem adferet; atque stolidorum securi-
tas ipsis attrahet interitum. Contra vero is, qui mihi auscul- 33
tat, confidenter regionem incolet; idemque summe tranquil-
lus erit, absque mali formidine.

CAP. II.

CAP. II.
Mi fili, si quidem mea dicta acceptabis; sique mea præ- v. 1
cepta velut thesaurum quendam apud temet recondes. Si 2
dum tuam aurem advertes ad sapientiam, tuam quoque men-
tem applicabis ad intelligentiam. Quin si ad prudentiam 3
clamabis; sique ad intelligentiam tuam vocem efferes.
Si illam quaeres, quemadmodum quaeritur argentum; si- 4

CAP. I.
XXIX. v. 7. 22. 3, 31. 5, 12. DEUT. 4, 37. PS. 78, 67. v. 29
XXX. v. 10. 23. 25. 5, 12. 15, 5. PS. 107, 11. XXXI. 30 31
v. 25. 31. 11, 30. 12, 14. 14, 14. 18, 20. 31, 31. IER.
7, 24. HOS. 11, 6. PS. 81, 13. 123, 3. 4. XXXII. v. 4. 32
22. 2, 15. 3, 26. 32. 8, 36. IER. 8, 5. 22, 21. EZ. 16, 49.
XXXIII. v. 8. 24. 26. 2, 21. 3, 23. 24. 29. 5, 7. 7, 24. 33
8, 32. 34. 10, 9. IER. 30, 10. PS. 16, 9. IOB. 3, 18. 21, 9.

CAP. II.
CAP. II. v. I. v. 7. 1. 3. 8. 3, 1. 4, 10. 21. 7, 1. 10, 8. 14. v. 1
13, 22. PS. 119, 11. II. v. 3. 6. 11. 24. 1, 2. 24. 3, 13. 19. 2
5, 1. 13. 6, 2. 8, 1. 10, 23. 17, 4. 23, 12. 24, 32. PS. 10,
17. 119, 36. 112. III. v. 2. 1, 20. 8, 1. 9, 3. 1 Reg. 3, 9. 3
10. 11. IV. c. 8. 10. 19. 14, 6. 15, 14. 20, 27. CONC. 7, 4
25. 28.

CAP. II.

que ipſam inveſtigabis , quemadmodum inveſtigantur the-
v. 5 ſauri abditi. Tunc demum diſtincte percipies reverentiam
6 erga Dominum; atque cognitionem Dei conſequeris. Do-
minus enim confert ſapientiam; ipſiusque ex ore ſcientia in-
7 telligentiaque progreditur. Idem rectis velut theſaurum
quendam recondit verum bonum; idemque protector eorum
8 eſt qui integre verſantur. Dum ipſe obſeruat ſemitas aequas;
9 dumque piorum ſuorum viam tuetur. Tunc, inquam, di-
ſtincte percipies iuſtitiam et aequitatem; immo rectitudinem
10 omnimodam, et quamcunque bonam agendi rationem. Quo-
niam ſapientia ceu hoſpes ingredietur in mentem tuam;
11 ſcientiaque ſuavis erit tuae animae. Solertia pro te aget ex-
12 cubias; intelligentiaque te habebit in obtutu. Vt illa te prae-
13 ripiat viae malae; hominibusque perverſa loquentibus. Iis
qui poſthabuernnt rectas ſemitas, ut in tenebroſis viis
14 incederent. Iis qui gaudent de malo perpetrando; quique
ad exſultationem uſque gaudent de perpetrandis perverſiſſi-
mis.

CAP. II.

v. 5 25. 28. IER. 41, 8. IOB. 3, 21. V. v. 9. 1, 2. 7. 13. 3, 13.
6 23. 8, 5. IES. 33, 6. VI. v. 2. CONC. 2, 26. 1 REG. 3, 12.
7 IOB. 22, 22. 36, 22. 38, 36. DAN. 2, 21. VII. v. 1. 21. 3,
21. 32. 6, 11. 8, 14. 21. 10, 9. 13, 22. 18, 1. 28, 18. 30, 5.
IES. 28, 29. MICH. 6, 9. PS. 3, 4. 31, 20. 84, 12. IOB. 6, 13.
8 VIII. v. 11, 13. 3, 1. 21. 5, 1. 17, 23. 22, 12. 23, 26. PS. 1. 6.
9 4, 4. IX. v. 5. 13. 15. 18. 1, 3. 4, 11. 26. 5, 6. IES. 26, 7.
10 X. c. 1, 4. 3, 17 9, 17. 14, 33. 19, 18. 22, 18. 24, 25. 29,
11 17. CANT. 7, 7. XI. v. 2. 3. 8. 1, 4. 4, 6. 6, 22. 13, 6.
12 20, 28. 27, 18. 1 SAM. 26, 15. XII. v. 14, 16. 1, 15. 4,
24. 6, 5. 14. 8, 13. 10, 2. 31. 32. 11, 46. 12, 6 14, 25. 16,
13 28. 29. 30. 17, 20. 19, 19. 21, 8. 23, 14. 33. 28, 10. XIII.
v. 8. 9. 17. 1, 15. 19. 14, 2. 15, 10. 17, 26. CONC. 2, 14.
14 IES. 29, 15. PS. 35, 6. XIV. v. 12. 14, 9. 15, 21. 23. 17, 5.
19, 28.

CAP. II.

mis. Iis, qui in suis semitis sunt distorti; inque suis orbitis v. 15
in obliquum deflexi. Ut inquam illa te praeripiat feminae ad 16
alium quendam pertinenti; alienæ blandiloquae. Quae de- 17
seruit illum socium, quocum in sua iuventute coniun-
gebatur; quæque divini sui pacti oblita est. Quoniam via 18
ad istius domum deferens, per declivia defert ad mortem;
orbitaeque ad eandem deferentes, per declivia deferunt
ad mortuos. Quotquot illam introeunt, non redeunt; ne- 19
que semitas, ad vitam deferentes, contingunt. Vt incedas 20
via, quam boni tenent; utque serves semitas, quas iusti te-
nent. Recti enim regionem incolent; integrique in ipsa re- 21
linquentur superstites. Improbi autem ex regione exstirpa- 22
buntur; perfidique ex ipsa evellentur.

CAP. III.

CAP. II.

28, 24. 21, 10. 23, 24. 24, 17. Conc. 4, 17. 8, 11. Hos. 10, 5.
Am. 6, 13. XV. v. 13. 18. 3, 21. 32. 8, 8. 10, 9. 11, 20. v. 15
14, 2. 22, 5. 25. 28, 6. 18. Ies. 59, 8. XVI. v. 12. 5, 3. 16
10. 20. 6, 24. 26. 29. 7, 5. 21. 22, 14. 23, 27. 33. 28, 23.
29, 5. Conc. 6, 2. 7, 26. Lev. 10, 1. 20, 10. Ps. 5, 10.
55, 22. XVII. v. 13. 5, 18. 16, 28. 17, 9. Deut. 4, 23. 17
1 Sam. 20, 8. Ies. 54, 6. Ier. 3, 4. Ioel 1, 8. Mich. 7, 5.
Mal. 2, 14. 15. Ps. 55, 14. XVIII. v. 15. 5, 5. 8. 7, 27. 18
8, 36. 9, 18. 14, 12. 21, 16. Ies. 14, 9. Ps. 44, 26. XIX. 19
c. 5, 6. 6, 23. 29. 7, 8. 10, 17. 15, 24. 19, 23. Ios. 2, 3.
Iud. 15, 1. Ps. 16, 11. 51, 2. XX. v. 8. 1, 15. 4, 18. 8, 32. 20
12, 2. 13, 22. 14, 19. 19, 29. Conc. 9, 2. Ies 26, 7. Ps. 1, 6.
37, 33. 125, 4. 5. XXI. v. 7. 1, 33. 8, 12. 10, 30. 11, 21
20. 28, 10. Num. 26, 65. Zach. 13, 8. Ps. 37, 3. 9.
XXII. c. 3, 33. 10, 31. 11, 3. 6. 15, 25. 21, 18. 22, 12. 22
23, 28. 25, 19. Deut. 28, 63. Ps. 1, 1. 6. 25, 3. 37, 22.
52, 7. Iob. 18, 17.

CAP. III.

CAP. III.

CAP. III.

v. 1 Mi fili, informationem meam non oblivifcere; fed po-
2 tius præcepta mea in tua mente afferva. Ipfa enim longam
vitæ dierum feriem, annosque vitæ, una cum profperitate
3 cumulate tibi conferent. Benignitatem et veritatem non mitte;
ea potius tuo collo quafi alliga, eademque tuo cordi tanquam
4 tabulae infcribe. Atque fic confequeris gratiam cum prae-
5 clara intelligentia; Dei hominumque iudicio. In Domino
quidem confide ex toto tuo animo; in tua autem prudentia
6 non innitere. In quibuscunque viis tuis agnofce illum Do-
7 minum; tumque ipfe complanabit tuas femitas. Noli tibi
8 videri fapiens; reverere Dominum, abstineque a malo. Sa-
lubre enim id erit tuae carni; et fucculentum quid tuis offi-
9 bus. Honora Dominum ex tuis opibus; et ex primitiis
quorum-

CAP. III.

v. 1 CAP. III. v. I. c. 1, 8. 2, 1. 8. 4, 5. 13' Ps. 78, 1. 119, 69.
2 83. 109. DAN. 7, 28. II. v. 16. 17. 1, 5. 4, 10. 9, 11.
10, 27. 16, 31. DEUT. 30, 16. 20. IES. 59, 8. Ps. 34, 13.
3 91, 16. 119, 165. III. c. 1, 9. 2, 13. 17. 5, 22. 6, 21.
7, 3. 11, 17. 14, 22. 16, 6. 20, 28. 21, 21. 22, 15. GEN.
24, 27. 49. 47, 29. DEUT. 6, 8. 9. 27, 3. 8. IES. 49, 18.
4 IER. 17, 1. 31, 33. HOS. 4, 1. IOB. 40, 29. IV. c. 13, 15.
16, 22. 22, 1. 28, 23. CONC. 7, 25. GEN. 6, 8. IER. 6, 16.
5 Ps. 111, 10. DAN. 8, 25. LUC. 2, 52. V. v. 7. 26. 22,
19. 23, 4. 28, 25. 26. 31, 11. DEUT. 4, 29. 2 REG. 18,
6 21. IES. 29, 14. Ps. 56, 4. 2 PAR. 14, 10. VI. c. 4, 26.
9, 15. 11, 5. 15, 21. 20, 24. IES. 45, 13. IER, 9, 23.
7 1 PAR. 28, 9. VII. c. 1, 7. 4, 27, 12, 15. 14, 16. 16, 17.
26, 5. 12. 16. 28, 11. CONC. 5, 6. 12, 13. IES. 5, 21. Ps.
8 34, 15. 37. VIII. c. 4, 22. 5, 1. 19. 12, 4. 14, 30. 30, 15.
16, 24. 17, 22. CANT. 7, 3. Ps. 102, 10. IOB. 21, 24.
9 IX. v. 14. 1, 13. 10, 31. 14, 31. 22. 9. CANT. 1, 2. 4, 9.
GEN.

CAP. III.

quorumcunque tuorum proventuum. Tumque tua horrea v. 10
oppleta erunt frumenti copia; et tui lacus torculares exun-
dabunt musto. Disciplinam Domini non aversare, mi fili; 11
eiusdemque correptionem non fastidi. Dominus enim ip- 12
sum illum, quem amat, corripit; et quidem corripit instar
patris, qui filio bene cupit. Beatus est ille homo, qui con- 13
sequitur sapientiam; beatusque est ille homo, qui depromit
intelligentiam. Praestat enim, illam negotiando sibi acqui- 14
rere, quam argentum sibi negotiando acquirere, atque il-
lius reditus praestant auri reditibus. Illa ipsis margaritis est 15
pretiosior; immo omnia quae in desideriis habeas, illi non
sunt pretio aequalia. Illa dextra quidem sua manu tenet 16
conferendam longaevitatem; sinistra autem sua manu tenet
conferendam opulentiam et gloriam. Viae, quae ad illam 17
ducunt, sunt viae quae ad iucunditatem ducunt; singulique
ad illam ducentes tramites, ad prosperitatem ducunt. Illa iis 18
qui ipsam manu fortiter intenta arripiunt est arbor vitam
conferens; et quisque ipsam firmiter retinens beatus effici-
tur.

CAP. III.

GEN. 30, 14. DEUT. 18, 4. 26, 10. IES. 43, 23. X. c. 8, 21. 21, 20. 24, 4. v. 10
CONC. 5, 11. GEN. 27, 28. 41, 29. 30. 31. EX. 1, 12. DEUT. 28, 8. IOEL 2, 24.
XI. v. 12. 1, 2. 8. 23. 5, 12. 6, 23. 15, 32. 19, 20. 23, 13. NUM. 21, 5. 11
DEUT. 8, 5. IOB. 5, 17. HEBR. 12, 5. XII. v. 13. 13, 24. 23, 1. 12
CONC. 4, 3. PS. 147, 11. HEBR. 12, 6-8. XIII. v. 4. 18. 19. 2, 6. 13
8, 32. 34. 35. 12, 2. 18, 22. 24, 14. PS. 1, 1. 144, 13. XIV. v. 9. 14
8, 10. 19. 10, 16. 14, 4. 16, 16. 20, 15. 31, 18. CONC. 5, 9. IES. 23, 18.
IOB. 28. 15-19. XV. c. 8, 11. 18, 2. 20, 15. 24, 4. 26, 4. 27, 15. 15
31, 10. IES. 54, 12. 40, 25. PS. 111, 2. IOB. 28, 17. THR. 4, 7.
XVI v. 2. 35. 8, 18. 14, 24. 22, 4. 31, 20. IUD. 7, 20. 1 REG. 3, 13. 16
14. 15. PS. 112, 3. XVII. v. 2. 1, 15. 2, 10. 6, 6. 12, 28. 15, 26. 16, 24. 17
PS. 16, 11. 91, 17. XVIII. v. 13. 22. 4, 4. 13. 5, 5. 7, 13. 8, 19. 11, 18
16. 30.

Cap. III.

v. 19 tur. Ipſe Dominus per ſapientiam terræ fundamenta iecit;
20 coelumque adaptavit per intelligentiam. Per ipſius ſcientiam,
aquaeae marin profundiſſimae velut ex terra fiſſa eductae ſunt;
21 nubesque aethereae deſtillant rorem. Mi fili, non retorque
ab illis tuos oculos; quin potius in obtutu ſemper habe
22 veram ſapientiam et ſolertiam. Etenim ipſa tuae animae
erunt vitalia remedia; tuoque collo venustae torquis inſtar
23 erunt. Tunc tua in via ſecure ibis; tuumque pedem non
24 allides. Si dormitum iveris, nihil extimeſces; ſique ob-
25 dormiveris, ſuavis tibi erit ſomnus tuus. Non timebis ti-
bi ab extimeſcendo repentino quodam malo; nec timebis
tibi a devaſtante tempeſtate quam improbi concitant, quan-
26 do illa ingruet. Quoniam Dominus erit tuum fiduciale prae-
27 ſidium, isque tuum pedem praeſervabit, ne capiatur. Non
denega bonum quodpiam iis qui iſtius fieri debent compotes;
cum quidem tua manus potens fuerit, ad illud praeſtandum

Non

Cap. III.

16. 30. 13, 12. 14, 1. 15, 4. 22. 29, 23. 31, 19. Gen. 2, 9. 3, 22.
v. 19 Iud. 7, 20. Ies. 33, 15. 56, 2. Iob. 2, 9. Ap. 2, 7. XIX. v. 20. 2,
2. 3. 8, 27. 29. 24, 3. Ier. 10, 12. Hab. 2, 12. Ps. 104, 5. 24. 136, 5.
20 XX c. 1, 4. 8, 24. 27. 28. Gen. 7, 1. 2. Sam. 22. 12. Ies. 40, 14.
21 Ps. 106, 9. Iob. 35, 5. 36. 28. 37, 18. 38, 8. XXI. c. 1, 4. 8. 2, 7.
22 8. 15. 4, 21. 17, 24. Ios. 1, 8. XXII. v. 18. 1, 9. 24, 14. 31, 30.
23 XXIII. c. 1, 33. 2, 5. 4, 12. 22. 6, 22. 10, 9. 28, 1. Conc. 7, 12.
24 Ies. 8. 14. Ier. 13, 16. Ps. 91, 12. XXIV. c. 1, 33. 4, 16. 6, 9. 10.
22. 20, 17. 23, 24. Conc. 2, 23. 5, 11. Deut. 28, 66. 67. Ier. 31.
25 26. Ps. 3, 6. 4, 9. 91, 5. XXV. v. 24. 1, 26. 27. 33. 6, 15. 24, 22.
26 2 Reg. 6, 27. Ps. 35. 8. 17. 64, 8. 112, 7. Iob. 22, 10. XXVI.
v. 5. 5, 22. 11, 6. Conc. 4, 17. 7, 26. Ex. 18, 4. 1 Sam. 2, 9. Ps.
27 9, 16. 78, 7. 91, 2. Iob. 31, 24. XXVII. c. 11, 24. 26. 17, 8. 18, 21.
23, 13. 24, 11. 30, 7. Conc. 2, 10. 11, 2. Gen. 31, 29. Deut. 28, 32.

Mich.

CAP. III.
Non dic alteri: abi redique, etenim posthac tibi aliquid da- v. 28
bo; cum tecum habueris, quod illi des. Non molire malum 29
contra alterum; quum ille confidenter apud te considet. Non 30
sine causa cum aliquo contende; si quidem ille te malo non
adfecerit. Non aemulare hominem iniurium; neque ullum 31
ipsius agendi modorum elige. Enimvero perversus Domino 32
est detestabilis; cum rectis autem ille habet arcanum consor-
tium. Iniusti quidem in domo existit Domini maledictio; 33
iustorum autem habitaculo benedicit Dominus. Siquidem 34
irrisoribus ipse vicissim irridebit; humilibus autem gratiam
exhibebit. Sapientes in haereditariam possessionem accipient 35
gloriam; insipiens quisque vero ceu portionem suam tollet
ignominiam.

CAP. IV.

CAP. IV.
Audite, o filii, paternam institutionem; attenditeque, v. 1
ut percipiatis intelligentiam. Quandoquidem praeclaram 2
B 2 doctri-

CAP. III.
MICH. 2, 1. IOB. 22, 7, 31, 16. 39. NEHEM. 5, 5. XXVIII. v. 29, 28
6, 1. 3. 29. 11, 9. 12. 20, 22. 22, 27. 24, 29. 27, 1. CONC. 5, 5. 7,
10. 11, 6. Ps. 12, 5. LVC. 2, 15. 16. XXIX. v. 28. 1, 33. 6, 14. 18. 29
12, 20. 16, 29. 24, 1. 1 SAM. 23, 9. XXX. c. 1, 11. 11, 17. 25, 8. 9. 30
26, 2. 31, 12. Ps. 137, 8. IOB. 1, 19. XXXI. c. 1, 15. 29. 4, 17. 12, 31
21. 16, 29. 23, 17. 24, 1. 10. Ps. 10, 5. 18, 49, 73, 3. 140, 12.
XXXII. c. 2, 7. 15. 6, 16. 8, 7. 11, 1. 13. 12. 22. 14, 9. 15, 8. 9. 26. 32
AM. 3, 7. Ps. 25, 14. 55, 15. XXXIII. c. 2, 22. 14. 11. 15, 6. 21, 12. 33
20. 24, 15. MAL. 2, 2. Ps. 37. 22. XXXIV. c. 1, 22. 26. 9, 12. 14, 34
21. 15, 33. 16, 19. 19, 29. 21, 24. 29, 23. IER. 14, 7. Ps. 84, 12.
1 PETR. 5, 5. IAC. 4, 6. XXXV. v. 16. 18. 1, 5. 22. 4, 8. 6, 33. 8,
21. 9, 7. 11, 2. 29. 13, 18. 22. 14, 18. 29. 28, 10. Ex. 35, 24. LEV. 35
4, 8. 19. HOS. 4, 7.

CAP. IV.
CAP. IV. v. I. v. 5. 10. 1, 2. 3. 2, 2. 5, 1. 7. 7, 24. 8, 24. 32. II. v. 6. v. 1. 2.
1, 4. 5. 8.

CAP. IV.

doctrinam vobis trado; meam informationem missam non
v. 3 facite. Scilicet ipse ego meo patri eram filius charissimus;
4 meaeque matri videbar tenellus unigenitusque filius. Pater
meus autem me informabat; mihique dicebat: retine mea
verba in tuo animo; serva mea praecepta, tuncque vives fe-
5 liciter. Compara tibi sapientiam, compara tibi intelligen-
tiam; non oblivioni da, neque deflecte de verbis meo ore
6 prolatis. Tu illam non desere, tumque ipsa te tuebitur;
7 tu illam adama, tumque ipsa te habebit in obtutu. Primi
ordinis sapientia est haecce: tibi compara sapientiam; et
pro quocunque quod possederis, tibi compara intelligentiam.
8 Tu illam extolle; tumque ipsa te evehet; illa te reddet hono-
9 ratum, quando tu ipsam amplexaberis. Illa tuo capiti ser-
tum venustum indet; coronamque ornamento futuram ti-
10 bi conferet. Audi, mi fili, et accepta mea dicta; tumque
11 multi tibi erunt vitæ anni. Praemonstro tibi viam ad sapien-
12 tiam; deduco te in orbitis ad rectitudinem. Si in illis ince-
des, non arcte gradieris; sique vel curres, offensionem non
patieris

CAP. IV.

v. 3 1, 4. 5. 8. 3, 1. 7, 21. 9, 9. 10, 17. 15, 10. 1 PAR. 28, 9. III. c. 1, 1
8, 30. 16, 25. GEN. 22, 2, 33, 13. SAM. 3, 1. 2. 1 SAM. 7, 14. 1 REG.
4 1, 11. IER. 31, 20. ZACH. 12, 10. 1 PAR. 3, 5. 29, 1. IV. v. 11. 21.
5 3, 4. 18. 5, 13, 7, 2. 31, 19. GEN. 20. 7. 42, 18. V. v. 1. 7. 27.
6 1, 5. 31. 5, 7. 6, 2. 7, 24. 16, 16. 17, 16. 23, 23. PS. 44, 19. VI. v. 2,
7 2, 8. 11. 3, 26. 5, 19. 29, 3. GEN. 29, 20. 2 PAR. 12, 11. VII. v. 5.
1. 5. 7. 17, 16. GEN. 36, 6. IES. 43, 24. PS. 105, 21. MATTH. 13, 45.
8 VIII. c. 3, 16. 35. 5, 20. 14, 34. CONC. 9, 13. CANT. 2, 6. 8, 3.
9 GEN. 29, 13. EX. 9, 17. 1 SAM. 2, 30. IES. 1, 2. IX. c. 1, 9. 3, 4.
22. 12, 4. 14, 24. 16, 31. 17, 6. 19, 11. GEN. 14, 20. IES. 28, 5. HOS.
10. 11 11, 8. IOB. 31, 36. X. v. 1. 1, 3. 8. 2, 1. 3, 2. 8, 10. 9, 11. XI. v. 4.
26. 2, 9. 13. 6, 13. 8, 20. 9, 6. 1 SAM. 12, 23. 24. IES. 48, 17. PS. 25,
12 8. 12. 107, 7. XII. v. 16. 19. 3, 23. 5, 5. 6, 22. 24, 16. CANT. 1, 4.
IES.

CAP. IV.

patieris. Itaque istam institutionem manu fortiter intenta V. 13
quasi arripe, eandemque irremissa manu retine; illam in ob-
tutu habe, quandoquidem ipsa est vitae tuae causa. Impro- 14
borum in semitam non ingredere; malorumque in via non
progredere. Illam potius missam fac, ipsamque non per- 15
transi; deflecte ab illa, si in ipsa iam fueris, et aliorsum dis-
cede. Isti enim somno se non dant, nisi prius malum intu- 16
lerint; surripiturque ipsorum somnus, nisi posito offendicu-
lo offensionem effecerint. Comedunt quippe panem male 17
partum; bibuntque vinum iniustissime partum. Ac iustorum 18
quidem semita est lucida, instar splendentis illius solaris lumi-
nis; quod exortum continuo clarius clariusque lucet, ad
perfecti diei tempus usque. Iniustorum autem via est cali- 19
ginosa, instar densae caliginis; ipsique nesciunt, ad quod-
nam offendiculum offensionem sint passuri. Itaque, mi fili, 20
ad mea verba attende; et ad mea dicta tuam aurem arri-
ge. Ab illis non retorque tuos oculos; eademque in 21

 alta

CAP. IV.

IES. 40, 31. 49, 19. 20. 63, 13. HOS. 14, 10. PS. 119, 32. IOB. 18, 7.
XIII. v. 1. 22. 1, 2. 2, 8. 3, 1. 18, 22. 7, 13. 18, 9. CONC. 7, 18. V. 13
CANT. 3, 4. GEN. 32, 27. IOS. 1, 5. 10, 6. IES, 56, 2. PS. 141, 3.
IOB. 27, 6. XIV. v. 15. 19. 1, 15. 2, 15. 20. 22. 9, 6. 12, 26. 14, 19. 14
22, 25. 23, 19. GEN. 49, 6. PS. 119, 101. XV. c. 1, 25. 5, 8. 7, 25. 15
13, 18. 22, 3. NUM. 5, 12. 19. 2 SAM. 15, 22. 2 REG. 4, 8. 9. EZ. 24, 14.
XVI. v. 12. 14. 6, 4. 21, 10. 22, 22. 24, 8. 28, 24. CONC. 5. 11. 16
8, 16. IER. 18, 15. MICH. 2, 1. MAL. 2, 8. PS. 105, 15. EST. 6, 1.
XVII. c. 3, 31. 9, 5. 17. 10, 2. 20, 17. 23, 1. 6. 26, 6. 31, 27. MICH. 17
6, 10. AM. 2, 8. 3, 10. XVIII. c. 2, 20. 13, 9. 23, 3. CONC. 11, 7. 18
12, 2. 2 SAM. 3, 1. 23, 4. IES. 58, 10. IOB. 31, 26. XIX. v. 12. 14. 19
2, 13. 7, 9. 24, 16. EX. 10. 22, 23. DEUT. 28, 29. IES. 59, 9. IO. 11, 9.
XX. c. 1, 8. 24. 5, 1. 13. 7, 24. 17, 24. 22, 17. 23, 12. 28, 9. XXI. v. 4. 20. 21.
1, 14.

CAP. IV.
v. 22 alta tua mente reposta serva. Illa enim iis, qui ipsa asse-
quuntur, sunt vitalia remedia; totique cuiusvis eorum corpori
23 sunt salubria. Tuum animum, magis quam ullam rem tuen-
dam, observa; quoniam exinde pendent vitae origines.
24 Perversum oris usum abs te remove; pravumque labiorum
25 usum abs te procul remove. Tui oculi prospiciant ad id
quod coram te est; tuaeque palpebrae recta linea spectent
26 ad id quod ante te est. Accurate praecognosce orbitam, quam
tuis pedibus inire vis; tumque singulae tuae viae efficientur
27 rectae. A via bona neque dextrorsum neque sinistrorsum de-
flecte; a mala autem via tuos pedes abstrahe.

CAP. V.

CAP. V.

v. 1 Attende, mi fili, ad sapientiam, quam ego profero;
arrige tuam aurem ad intelligentiam, quam ego profero.
2 Vt tua mens tueatur sollertiam omnimodam; vtque tua labia
3 servent scientiam. Enimvero adulterae labia mellita verba
destil-

CAP. IV.
v. 22 I, 14. 3, 21. 5, 14. 15. 7, I. 2. 8, 20. 17, 2. 22, 13. 27, 22. XXII.
v. 4. 13. 2, 5. 3, 8. 13. 22. 6, 15. 8, 9. 35. 12. 18. 13, 17. 14, 30. 16,
23 24. Ps. 84, 3. XXIII. c. 2, 11. 13, 3. Ex. 12, 6. Ios. 15, 7. I Sam.
24 22, 23. Ez. 38, 7. Ps. 34, 14. 68, 21. XXIV. v 27. 2, 12. 5. 8. 6,
25 12. 13, 3. 19, I. 22, 5. 30, 8. Conc. 11, 10. Ps. 34, 14. XXV. c. 5,
2, 21. 6, 4. 9. 15. 17, 24. 30, 13. Gen. 30, 38. Ios. 6, 5. 20. Iud.
26 19, 10. I Sam. 6, 12. Ps. 11, 4. XXVI. v. 11. 5, 6. 21. 16, 3. 9. 11.
27 22, 18. Ies. 26, 7. Ps. 78, 50. 119, 5. XXVII. v. 5. 24. I, 15. Deut.
2, 27. 17, 11. 20.

CAP. V.
v. 1 2. Cap. V. v. I. v. 13. 1, 8. 24. 2, 23. 4, 1. 20. I Reg. 10, 8. II. c. 1,
4. 2, 2. 3, 1. 4, 23. 8, 12. 10, 21. 32. 13, 3. 15, 7. 22, 18. Mal. 2, 7.
3 III. v. 20. 2, 16. 6, 24. 7, 5. 8, 7. 10, 13. 18. 22. 24, 13. 26, 28.
27, 7.

destillant; eiusdemque palatum verba ipso oleo laeviora pro-
fert. Tandem vero illa fit amara, instar absinthii; acutaque V. 4
fit, instar gladii ancipitis. Illius pedes deorsum eunt ad 5
mortis locum; immo ipsius organa gressus sepulchrum iam
tenent. Vt ne tu accurate praeponderes semitam, ad vitam 6
ducentem; ideo illa vagis utitur orbitis, quas non nosti.
Itaque nunc, o filii, mihi auscultate; nec de verborum meo 7
ore prolatorum tenore discedite. Tuam viam ab istius vici- 8
nia procul dissitam fac; nec ad istius fores domesticas prope
accede. Vt ne aliis cedas id quod te condecorat; et vt ne 9
tuos annos cedas cuipiam prorsus peregrino. Vt ne alieni 10
exsatientur tuis facultatibus; et vt ne dolorifico labore a te
parta insint domo ignoti cuiusdam. Ac vt ne lamentari de- 11
beas in fine tuo; quando consumta erit caro tui corporis.
Et vt ne dicendum tibi sit: quam male! odio habui institu- 12
tionem; quamque male! mea mens sprevit correptionem.
Quam male! inquam non obtemperavi meis informatoribus; 13
quam-

CAP. V.

27, 7. 28, 23. CANT. 4, 11. 5, 13. 16. PS. 19, 11. 55, 22. IV. v. 11. V. 4
14, 12. 13. 16, 25. 20, 17. 23, 32. CONC. 7, 26. DEUT. 29, 17. IUD.
3, 16. PS. 57, 5. V. v. 22, 2. 18. 3, 18. 4, 12. 7, 27. 9, 18. 15, 11. 5
24. 18, 8. PS. 17, 5. VI. v. 21. 2, 9. 19. 4, 11. 26. 10, 17. 15, 24. 6
PS. 109, 10. VII. c. 1, 33. 4, 1. 5. 7, 24. 8, 32. DEUT. 5, 29. 30. 7
VIII. c. 2, 15. 18. 4, 24. 8, 34. 9, 14. 22, 5. 1 SAM. 6, 5. IX. 8. 9.
v. 10. 6, 34. 10, 27. 11, 17. 12, 10. 17, 11. 24, 18. 31. 3. IES. 38.
10, 15. IER. 6, 12. 8, 10. PS. 49, 11. IOB. 31, 8. 10. X. v. 9. 17. 2, 10
16. 6, 26. 10, 22. 14, 23. 20, 29. 27, 2. 29, 3. CONC. 2, 18. 19. 6, 2.
DEUT. 17, 15. IER. 50, 16. PS. 78, 46. 127, 2. XI. v. 4. 4, 22. 11, 11
17. 19, 20. 22, 8. CONC. 4, 5. IES. 5, 29. 30. EZ. 24, 23. PS. 38, 9.
73, 26. XII. v. 23. 1, 23. 25. 29. 30. 3, 11. 15, 5. 10. 10, 17. 12, 1. 12
IER. 9, 18. THREN. 1, 1. XIII. v. 1. 2, 2. 4, 4. 11. CONC. 12. 9. 13
IES.

CAP. V.

quamque male! meam aurem non adcommodavi meis do-
v. 14 ctoribus. Propemodum in quodcunque malum incidi;
15 idque palam prorsus et publice. Bibe aquas ex tua cisterna;
16 fluidaque bibe ex tuo puteo. Tui fontes exundent extra do-
17 mum; tuique rivuli aquatici exundent in plateis. Tibi qui-
18 dem soli illa sint; nec una tecum sint alienis. Scaturigo tua
sit benedicta; tuque gaudium percipe ex illa femina, qua-
19 cum in tua iuventute copulabaris. Haec tibi sit instar cervae
amabilis, et instar gratiosae rupicaprae; illius ubera ubertim te
exsatient quocunque tempore; tuque ipsius amori inhaere
20 continuo. Ad quidnam enim, mi fili, inhaerere velles
amori ad alium pertinentis feminae? et ad quidnam ample-
21 xari velles sinum alienae feminae? Quandoquidem cuius-
libet hominis viae obversantur Domini oculis; hicque sin-
22 gulas illius orbitas novit accuratissime. Improbum suae ipsius
iniquitates capient; idemque suis peccatis, tanquam funibus,
constrictus

CAP. V.

v. 14 IES. 30, 20. PS. 119, 99. IOB. 36, 22. XIV. c. 12, 21. 26, 26. GEN.
26, 10. EX. 5, 91. 32, 22. NUM. 16, 33. PS. 10, 6. 111, 1. IOB, 34, 26.
15 XV. v. 18. 19. 9, 17. 23. 27. CANT. 4, 15. GEN. 21, 19. LEV. 11, 36.
16 IES, 36, 16. 44, 3. 48, 1. PS. 78, 16. XVI. c. 1, 20. 7. 12. 8, 24.
17 21, 1. ZACH. 1, 17. XVII. v. 10. 14, 10. PS. 119, 56. IOB. 19, 27.
18 XVIII. c. 2, 17. 10, 11. 13, 14. 14, 27. 18, 4. CONC. 2, 10. 9, 9.
19 MAL. 2, 14. 15. 2 PAR. 20, 27. XIX. v. 20. 23. 1, 9. 3, 8. 4, 6.
6, 14. 21. 7. 18. 10, 11. 11, 25. 20, 1. 25, 11. 28, 10. CANT. 2, 7. 4,
20 5. 5, 1. 1 SAM. 24, 3. EZ. 23. 3. 8. PS. 36, 9. XX. v. 3. 19. 1, 8.
2, 16. 4, 8. 6, 24. 27. 7, 25. 22, 27. CONC. 3, 5. 5, 7. 7, 16. 17. 18.
21 GEN. 16, 5. DEUT. 13, 7. 28, 54. 56. EZ. 33, 11. MICH. 7, 5. XXI.
v. 6. 1, 15. 2, 9. 20. 4, 26. 15, 3. 16, 2. IUD. 18, 6. IER. 17, 16.
22 IES. 26, 7. XXII. v. 5, 2, 22. 3, 3. 18. 26. 11, 6. 13, 21. 29, 6.
IES.

Cap. V.
constrictus tenebitur. Ipse ille morietur deficiente paedia; v. 23
atque summae suae stultitiae inhaerens interibit.

CAP. VI.

Cap. VI.
Mi fili, si cuidam spopondisti pro altero; sique stipula- v. 1
ta tua manu cuidam fideiussisti pro alio. Si velut illaquea- 2
tus es illis verbis, quae ex ore tuo prodierunt; sique captus
es iisdem verbis, quae ex ore tuo prodierunt. Tunc hoc 3
quidem vbicunque age, mi fili, eoque temet liberum red-
dere allabora, postquam sic devenisti in potestatem alterius:
adi, temet submittens, instaque tuis sodalibus. Somnum non 4
permitte tuis oculis; nec dormitationem tuis palpebris. Alla- 5
bora, vt temet liberum reddas, perinde vt caprea allaborat,
vt semet liberam reddat a venatoris potestate; ac perinde vt
avis allaborat, vt semet liberam reddat a potestate aucupis.
Formicam adi, o piger! contemplare illius agendi modos, sape- 6
que. Illaenim nullum quidem habet ducem; nullumque ha- 7
bet

Ies. 5, 18. Ez. 3, 25. Am. 3, 5. Ps. 35, 8. 119, 61. Iob. 36, 8. Cap. V.
XXIII. v. 12. 19. 20. 3, 11. 7, 21. 8, 33. 12, 23. 14, 4. v. 23
15, 2. 10. 17, 12. 19, 16. 27. 23, 13. 24, 32. 29, 18. Ier. 5,
3. 2, 30. Ez. 33, 11.

Cap. VI.
Cap. VI. v. I. c. 1, 8. 3, 28. 29. 9, 12. 11, 15. 17, 18. 20, 16. v. 1
22, 26. 27. 27, 13. Gen. 43, 9. Deut. 3, 22. 2 Reg. 10, 15.
II. c. 3, 26. 4, 5. Conc. 10, 2. Ies. 8, 15. Ier. 50, 24. 2
